Nos Requisitores Literarum & Literalium Instrumentorum in Sacristia siue Conseruatorio Capituli Ecclesiæ Varadiensis repositarum & locatorum, ac aliarum quarumlibet Judiciarium deliberationum, Legitimorumq Mandatorum Principalium Executores; Memoriæ commendamus tenore præsentium scan quib. expedit uniuer.; Quod Illustrissimus et Celsissimus Princeps Dnus Dnus Georgius Rakoczi Junior, DEI gratia Princeps Transiluaniæ, partium Regni Hungariæ Dominus, et Siculorum Comes etc. Dnus noster Clementissimus, et Conthoralis sua chariss.ma Illrma Dña Sophia Bathory, filia Illustr. ac Magci quon. Dni Andreæ Bathory de Somlyo; Item Illustr. ac Magca Dña Anna Zakrzenska, Relicta Vidua præfati con. Dni Andreæ Bathory, coram nobis personalr constituti, maturâ primum et exactâ intra se se deliberatione, et consultatione præhabitâ, sponte, libere, ultraneaq uoluntate, propriæ uiuæ uocis oraculo confessi sunt, retulerunt, ac proposuerunt coram nobis in hunc modum. Qualiter ipsi bonæ et singularis amicitiæ, et syncere Affinitatis affectu permoti, alijsq honestis, utilibus, et rationabilibus de Causis ad id inducti, Totales et integras Arcem Biesiekierianam, et Villas Biesiekiory, Ostrouek, Jastrzebie, et Strebna; necnon sortes in Oppido Graboua, in inclyto Re[illegible] Poloniæ, in Palatinatu Lenczicien. consisten., ea Videlicet omnia, quæ quon. in Anno Millesimo Quingentesimo Nonagesimo septimo piæ memori[illegible] Illrmus, et Reuerendmus olim Andreas Bathori, Sacræ Romanæ Eccliæ Cardinalis, i[illegible] con. Christophoro Sokolowski à Vawrzyniow coemerat, [illegible] et quæ post mortem Illustr. et Magci quon. Dni Andreæ Bathory, uti Genitoris in præfatã Illustriss.mam Dnam Sophiam Bathory, filiam suam Charissimam condescensa, et deriuata extitisset, simul cum cunctis suis utilitatibus et [illegible] quibuslibet, Terris scilicet arabilibus, cultis, et incultis, Agris, pratis, pascuis, campis, foenetis, syluis, nemoribus, montib., alpibus, uallibus, Aquis, fluuijs, piscinis, piscatur., aquarq decursibus, molendinis, et eorum locis: Generaliter uero quarumlibet utilitatum, et pertinentiar. suarum integritatibus, quouis nominis Vocabulo uocitatis, ad eadem bona de Iure et ab antiquo spectan., et pertinere deben., sub suis ueris metis, et antiquis limitib. existen.: Item illis Literis, et literalib. Instrumen., quæ præ manibus prædictæ Dominæ Annæ Zakrzenska existerent, et haberentur, factum eorundem bonorum tangen., et concernen., Illustrissimo Dno Joanni Simon Comiti à Szczawin Szczawinski, Palatino Bresten. Cuiavien., Capitaneo Leuczicien., Goluben. etc. hæredibusq, et posteritatib. ac Successoribus suis utriusq sexus uniuersis permanus, in et pro Septuaginta Millium florenorum Polonicalium summa, dedissent, attribuissent, Vendidissent, et abalienassent Iure perpetuo, et irreuocabili tenen., uten., possiden., pariter et haben.; Nullum Ius, nullamue Iuris et dominij proprietatem præfati Illustrissimus Princeps, Conthoralis sua charissima, et annotata Domina Anna Zakrzenska, in præscriptis bonis pro se se, hæredibusq, et posteritatibus ipsorum utriusq sexus uniuer., peramplius reseruan., et retinen., sed omne Ius, omnemq Iuris, et Dominij ipsorum proprietatem, in eisdem bonis qualitercunq habitam, in præfatum Dnum Joannem Simon, hæredesq, posteritates, et successores ipsius, utriusq sexus uniuer. transfunden., et deriuan., pleno cum Iure, et effectu: Imò dederunt, Vendiderunt, attribuerunt, et abalienauerunt coram nobis, personalr suis astantijs, eloquijsq proprijs: In cujus rei memoriam, firmitatemq perpetuam, præsentes Literas nras præfatorum Illrmi Principis, Conthoralis suæ charissimæ, ac Dominæ Annæ Zakrzenska propriorum chyrographorum, et sigillorum appositione, sigillique nostri Capitularis, et authentici munimine roboratas, et communitas, memorato Dno Joanni Simon, hæredibusq, poster., et Successoribus suis utriusq sexus uniuersis dandas duximus et concedendas. DATUM Varadini, feria quarta proxima post Festum Beati Joannis Baptistæ, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo Quadragesimo septimo.

Georgius Rakoczy

Sofia Batori

Anna Zakrzeska

... feria secunda post festum ... Bartholomei ... [illegible] ...
et ... [illegible] ...
obtulit ... [illegible] ... et ... [illegible] ...
... et ... Baldasar ... [illegible] ... et Stephanus ... [illegible] ...
... [illegible] ... affectabat quod est ... [illegible] ...

1641

22

22